

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Johannis Quistorpii, S.S. Theol. D. Pastoris ac Professoris
in Ecclesia & Academia Rostochiensi, Quo A detestabilibus ac impiissimis
Bachanaliorum Feriis Et a spurcißimo luxu huius temporis. Studiosam
iuventutem serio dehortatur**

Rostochi[i]: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734839022>

Druck Freier  Zugang



R U Progr 1654

- 1) Quistorp, Dok.
- 2) " "
- 3) Schäckmann, Diarr
- 4) " "
- 5) Lenoble, Norm.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734839022/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734839022/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
RECTORIS

136.

JOHANNIS QVISTORPII,
S.S.Theol.D.Pastoris ac Professoris
in Ecclesiâ & Academiâ
Rostochiensî,

Quo

A detestabilibus ac impiissimis

BACHANALIO-
RUM FERIIS

Et à spurcissimo luxu hujus temporis.

Studio sam juventutem seriò dehortatur.



ROSTOCHI,
Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LIV.

**LEX ACADEMICA, NUMERO DUO-
DECIMA IN MEMORIAM REVOCATUR.**

**A nocturnis diurnisq; discus-
sationibus, belluiniis clamoribus, & bo-
atibus; ab omnibus injuriis, vi vel frau-
de, verbis vel factis, aliorum corpora
& famam laudentibus, à seditiosis tu-
multibus, ædium oppugnationibus,
sub pænâ carceris vel relegatio-
nis abstineant.**

RECTOR
JOHANNES QUISTORPIUS,
Theol. D. Prof. & Past. in Eccles.
& Acad. Rostochiensi.

Nlluxit (quod utinam in ipsis infernalis barathri latuisset tenebris) illuxit inquam illud tempus, quô perversissimi mortales Orgia illa Bachi fœdissima, ab ipso humani generis hoste, omniumq; scelerum ac malorum Architecto caco-dæmone inventa; ab ipsis Sanioribus Ethnicis etiam damnata; Christianæ pietati è diametro opposita resuscitare non erubescunt. Illuxit hoc funestissimum tempus, quò pessimi & ab omni pietate deserti homines, Bathanalia, ad gehennam satius releganda, celebrare; & inter plurimas obscenissimas scurrilitates, luxuriâ ac ebrietate, DEI optimi cultu projecto, disfluere non verebuntur. Plenus jam proh dolor! erit Orbis Christianus, *Sardanapalus*, qui toti vino, ac impurissimis voluptatibus madentes, vitam turpissimam ac scelestissimam traducent. Plenus erit *Milesius*, qui dies & noctes helluabuntur, nullaq; abominandâ voluptate, genium suum defraudabunt. Plenus erit *Sibaritus*, qui in ventrem suum putidissimum congerent, quidquid, tum peregrina littora, tum extremus orbis deliciarum invenire potest. Plenus erit *Siculus*, qui variisciborum sumptibus semet & alios excipient, & Saturitati templum dedicabunt. Quærebant olim *Diogenes*, sole lucente licet, & accensâ face homines: Quem si hoc tempore æmulari vellemus, paucissimos reverâ inveniremus homines, sanâ ratione

A 2.

præ-

preditos, studiosos pietatis, aliarumque virtutum vero homine dignarum, cultores ac sectatores. Verum inveniremus plurimos, qui non solum Christianam sed & humanam mentem exuerunt, abjecerunt, in ipsisque belluas ac pecudes degenerarunt. Inveniremus bestias gulosisssimas, in ventre cor & mentem habentes. Inveniremus porcos, suae crapulæ teterimæ quasi luto involutos, qui nihil cœleste spirant, sed semper de libidine & luxu eructant, meramque ventris ingluviem cogitant. Inveniremus eos, qui dies & noctes in ganeis, in popinis pergræcantur: qui in ebrietatē unicam flagitiorū matrem, omnis sceleris materiam, omniū criminum originem semet resolvunt. Inveniremus illos, quorū venter Deus est, & qui ipsis belluis deteriores, liberi hominis naturā violant, rationisque præstantiam, communī cum brutis commercio confundunt. Hoc ipsum tempus Sancta Ecclesia, CHRISTO JESU pro nobis passo & crucifixo, ejusque religioso cultui, ut & piissimæ consecravit memoriæ. Hoc ipso tempore cœtus verè Christianus, revocare nobis in mentem conatur, quomodo Servator & σωτήρ humani generis, CHRISTUS J E S U S, nefandæ Judæorum crudelitati tradetur; quomodo Divina illa Sapientia, cœlestisque innocentia illudetur; quomodo à vilissimis lorariis, purissimus Virginis castissimæ partus ad necem diverberabitur; quomodo Venerandissimo capiti Redemptoris, corona spinis rigentibus aculeata affigetur; quomodo in majorem contumeliam Regis Regum maximi, corpus purpurâ sanguine ejus purpuratâ, immanissimi illi carnifices induent; quomodo graveolentia putidissimi oris excrementa in cœlestem illum vultum exonerabunt. Hoc ipso tempore sistit nobis ante mentis oculos Ecclesia Orthodoxa, clavis confixas CHRISTI manus, quæ injuriā nemini, omnibus salutem

tem pepere sunt. Sistit ferreo vinculo constrictos sanctissimos pedes, pro Orbis universi salute fortiter assentendā, tām crebris itineribus exercitos. Sistit illos oculos in cruce natantes; duo illa quondam bonorum Sydera, improborum fulmina. Sistit os illud purissimum, accepto & felle repletum, ē quō mellei gratiarum, favorum, donorum, beneficiorum, depluebant favi. Sistit CHRISTUM JESUM in cruce demum atrocissimā lanienā, deformatum, extremumq; spiritum, pro salute hominum constantissimē effundentem; ad cujus obitum exhorruit cœlum, atrāq; veste, cum Syderum Principe, suum eluxit conditorem, tantumq; scelus erubuit. At quot jam obsecro erunt, qui hocce tempus, tām piis, tām sanctis impendent cogitationibus? Quot quæso erunt, qui hisce diebus, mentem (quasi purissimi nitoris speculum) nullis crapulæ, luxuriæ sordibus infuscatam, soli Salvatori prætendent, & perpetuâ rerū divinarum contemplatione quasi catenis aureis religati, hærebunt origini suæ, CHRISTO nempè JESU passo & crucifixo; nullum habentes, cum scelestissimis Bachi cultoribus, ac cum vesanis voluptatum illecebris commercium? Plures erunt proh dolor! qui gulæ ac carnis irretiti lenociniis, ita transversim agentur in furorē, ut tanquam lutulentæ sues, in voluptatum volutaturæ se sint cœno. Plures erunt, qui in ingluvie, temulentia supremum hominis ponent bonum, & ganea demersi ac lustro, ab omni honestate recedent, quasi solius ventris, & illorum quæ sub ventre sunt, mancipia essent. Plures erunt PHILOXENI, qui his diebus collum gravis sibi animitus vovebunt, ut eò diutius turpissimā, vini aut alterius potus voluptate perfrui possint. Plures erunt Gulosæ voraces, de quibus Olaus, lib. 18. c. 5. qui non ad famem sedandam, sed ad gulam explendam, & fer-

mē ad ipsius abdominis rupturām, vorabunt, potabunt, ac in tartaream amentiam, rabiemq; belluinam convertentur. Sed ô deplorandi in omnē ævum mortales, qui velut perditæ profigatæq; turpitudinis porci in publicis popinis, aliisq; locis, corpus saginantes, potu non tincti sed immersi, & non jam amplius ad stultitiam ac insaniam, sed ad diabolicum furem ebrii vivunt; qui sepultâ mentis ratione, vitam planè infamem transigunt, & velut Epicuri de grege porci, sub Bachi tyrannide turpiter elanguescent. O maledicti in æternum homunciones, qui & in hâc vitâ insignes animi corporisq; dotes, rationem videlicet, & valetudinem, exacerbandâ temulentiâ planè evertunt; ac tandem tot immanissimis perpetratis facinoribus, miserrimam vitam, ærumnoso tragicoq; ut plurimum exitu finiunt: postquam verò sordidissimam efflant animam; privati luce atq; consolatione divinâ; desperatione omnis boni inæstimabili, verme immortali, igne inextinguibili, alii sq; intolerabilibus tormentis, in infinitas seculorum myriadas, torquentur. Horum infamem & maledictum cætum, vita suprà ipsam pestem, STUDIO SA JUVEN-TUS; fuge velut lethale virus, talium consortia, specie quidem lœta, sed eventu & exitu tristissima. Et quæ Domino nostro JESU CHRISTO nomen in Baptismo dedisti; quæ in sacrosanctas divinasq; ejus leges jurasti; quæ DEI ac divinorum operum, hominumq; atrocissimum ac potentissimum hostem repudiasti, noli in infamia ac maledicta Bachi vel satius Diaboli castra transire. Audi senesam hominem gentilem, sed verè de simili, suâ ætate, perversissimo tempore. Epistolâ 18. monentem. Hū maximè diebus animo imperandum est, ut tunc voluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuit. Certissimum argumentum sua firmatris capit, si ad blanda & in luxuriam

xuriam trahentia, nec it, nec abducitur. Hoc multo fortius est,
ebrio ac vomicante populo siccum ac sobrium esse. illud tempe-
rantius, nec excerpere se, nec insigniri, nec miseri omnibus. &
eadem, sed non eodem modo facere. Licet enim sine luxuriâ age-
refestam diem. Tu jam non turpissimo Ethnicismi erro-
re implicata, non solam ducem naturam tanquam DE-
UM, humanamq; rationem sequuta; sed in CHRISTI
castris militans, in CHRISTI causâ fulgens, CHRISTI
aquâ tincta, nomine CHRISTI consecrata, &
Ecclesiæ CHRISTI inserta Juventus; Tu inquam,
noli hisce diebus, vino, cerevisiâ, alioq; potu madere;
noli clamoribus, boatibus plateas replere; noli temu-
lentam nefariamq; manum ad tumultus, & ad crudelis-
simam necem expedire, aliaq; tenebrarum opera patra-
re. Edocta tot tragicis casibus; erudita tam funesto &
calamitoso nuperrimè crudeliter occisi hominis exem-
plu, quod stupore totam fermè urbem concusit, quod
amarissimas mortalium lachrymas elicuit; erudita in-
quam, detestare ebrietatem, ipsissimam mortu turpitu-
dinem, vitæ dedecus, honestatis infamiam; quæ impu-
dentissima quæq;, prostituta fronte, attentare audet;
quæ nefaria flagitia, immania sclera in lucem profert;
& sine omni numero, in crimina, vetitaq; semet præcipi-
tat. Fuge, per Deum moneo, hisce diebus petulantiam,
fuge scurrilitatem, helluationes; fuge nocturnas discur-
sationes, Cycloicas vociferationes, ferrinas illas di-
gladiationes; fuge alia flagitia, christiano homine indi-
gnissima. Devotâ verò mente, volvè & revolve,
CHRISTUM JESUM, inter crudelem inimico-
rum insolentiam deturpatum, despectum, sputis illitum,
vinclum funibus, cæsum flagellis, spinis laceratum, & pro-
tuâ totiusq; mundi salute, dirissimo crucis mulctatum
suppicio. Tota te, ad modestiam virtutum omnium,

in

in juventute parentem, prolemq; sapientiae compone.
Amplectere sobrietatem ac temperantiam; Virtutes,
si quem, certe studiosam Juventutem mirum in mo-
dum exornantes. Non procumbas tota, in mundi hu-
jus illecebras ac voluptates, quae blandiente vi, & arte
proditoria, nervos humanae generositatis succidunt, &
in ipsum mentis palladium, per cuniculos irrepunt po-
tius, quam irrumunt. Emulare satius sagacissimos
canes, qui e Nilo fluvio rapidissimo, raptim bibunt, ne
a Crocodilis intercipiantur; & in transcurso saltem,
mundi hujus voluptatem deliba, ne Crocodilorum, vide-
licet voluptatum blanditiis decepta, & a recto virtutis
itinere abducta, in scelerum vada & scopulos, imo in
ipsam aeternam perniciem deferaris. Non sit venter
DEUS tuus; ne finis tuus, sit sempiternus animae inte-
ritus. Secus si feceris, non solum DEUM justissimum,
ac severissimum Judicem experieris qui mature satis, li-
cet aliquando differre videatur, omnia flagitia, ac prae-
cipue Magistratus, ipsius in terris vices agentis contem-
ptum punire consuevit. Verum etiam pro delictorum
qualitate poenas legib; constitutas, a Magistratu reporta-
bis; qui legum est ~~υπότης καὶ σωτήρ~~, custos & servator; cu-
jusq; officium est, seditiones tumultus comprimere
atq; compescere; suppicia malefactis, praemia bene-
factis decernere; Studia bonorum excitare, & pessi-
morum improbitatem infringere. P.P. Rostochii, sub
Sigillo Universitatis, Dominicā Quinquage-
simæ Anno 1654.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734839022/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734839022/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734839022/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734839022/phys_0012)

DFG

generationis nostræ. In quô , qui
ligioso gaudio , à pio jubilo te
Quare, O Cives ACADEMIÆ
lis honoratissimi ; (ut vos cum
quar) gaudcamus , lætemur &
quippe Salvator noster natus est.
locum esse tristitia , ubi natalis est v
in Domino dilectissimi , & Spiritu
lætemur ; quia illuxit dies reden
reparationis antiquæ , felicitatis .
te & Vos Adolescentes florentis
in Domino D E O , sed non in D
intantâ solennitate , perversam ,
miserere hilaritatem ; Sacris in pr
nibus vacate ; Templa & Concio
nas & tabernas , impiissimorum
bula visitare ; VER B O D E I , no
sed & animum præbete ; Cavete
jus festi quietem , petulantissimis
scurilibus discursionibus , bel
bus turbetis . Abstinete , mone
ter , ab omnibus illis actionibus ,
dinem hunc honestissimum liti
maculare , D E O q ; & hominibus
re possunt . Potius , sobriâ & de
tis ac compositis , ad præscriptum
ribus , fideiq ; cultu , D E I favore



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.